

Giovanni di Persia

*XLIV 71*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Giovanni di Persia

*XLIV 71*

1197-08

#Signum sancte crucis ... ego Iohannes filius quondam prebiteri Filippi feci de oblacione mea anno Dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo septimo, mense augusti, indictione quindecima.

Ego Iohannes de Persia filius quondam presbiteri Filippi habitator Policori vitam hominis presentis scilicet adspiciendo quondam fragilis debilis et lapsilis est illam respiciendo ad perpetuam tendet cupiditate me ipsum offero Sancte ecclesie beati Nicolai de Paratichi ... domno Nifo venerabili abbati eiusdem ecclesie pro redempcione anime mee ac parentum meorum cum omnibus rebus mihi pertinentibus in quibus est quandam vinea in Pantanello quam ibidem offero consensu et voluntate fratrum meorum videbi... prebiteri... fratrum suorum cuius vinee fines ducimus ab oriente est flumen Ager ab occidente est vinea predicti presbiteri Gilijs et fratrum suorum a meridie est terra presbiteri Iohannis de Montealbano a septentrione est vinea Nicolai filius Rogerii Aldemanni. Infra hos denique fines est vinea integra cum trasitu et exitu suo cum arboribus et omnibus sibi pertinentibus quam vineam ego cum supradictis parentibus meis suprascripte ecclesie Sancti Nicolai et tibi domno Nifo venerabili abbati et successoribus tuis concedimus omnis futuro tempore ad faciendum de ea quicquid vobis placuerit quod si in aliquo tempore ego vel suprascripti fratres mei vel heredum nostros super ecclesiam inde venerimus aud quolibet ingenio disrumpere hanc oblacionem presumpserimus obligamus nos inde componere dicte ecclesie regales decem totidemque in publico et hanc obligacionem et oblacionem in presencia sudicto Nicolai ...

et iudicem Petri curialium iudicum po... et aliorum  
testium subscriptorum et ut firma restabit hec oblacio  
permaneant scripta est per manum presbiteri Iohannis  
Montialbani ... cappellani et Policorum ... tabularii  
qui interfuit ... et Iohannes prelati. # Signum manus  
iudicis Nicolai Sanctimagnum # Signum manus iudicis  
Petri Pisticium # Ego presbiter Gilius suprascriptus  
testis concedo hoc et confirmo # Ego Iohannes de  
archidiacono cameris Policorii hoc testor # Hic Ego sum  
scriptus Guarinus nomine dictus # Ego Iacobus frater  
presbiteri Gilij concedo hoc et confirmo